Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ, Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq: necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nris Quorum interest Universis & Singulis. Consensisse Nos & permisisse, consentireq: & permittere hisce Literis Nris Gnoso Carolo Lubieniecki ut possit & valeat, de Omni & integro Iure Suo Advitalitio, quod ipsi Super Villas Drugnia Podstoły & Wierzbie dictt, tum & Sculte tiam in prædicta Villa Podstoły Sitt in Palatinatu Sandomirień, Districtu vero Visliceń jaceń Servit & Competit, cedere illudq: in personas Gnosorum Georgij Ozarowski Dapiferi Palatinatus Cracovień, & Constantiæ de Dobrowniki Conjugum plenarie transferre & transfundere. Quæ quidem Cessio Jurisq: transfusio, posteaquam Coram Actis quibuscunq: Rnî Authen facta & recognita fuerit. Nos eam gratam & ratam habituri Sumus, uti eam quæ prævio hocce Consensu Nro peragetur. Vigore cujus Cessionis præsentisq: Consensus Nri præmemorati Gnosi Ozarowscy Conjuges Dapiferi Paltus Cracovień Superius Memoratas Villas, cum Omnibus pratis, agris, campis, Sylvis Nemoribus, Lacubus, Stagnis, piscinis, fluvijs, molendinis, Tabernis, Subditis eorumq: laboribus censibus reditibus, Universis Commodis & emolumentis attinentijs & pertinentijs eo Antiquitus Spectan ambo insolidum, tenebunt habebunt, & possidebunt, ad extrema Vitæ Suæ, aut uno Vitâ functo alterius Superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis & Sermis Successoribus Nostris non esse Nos neq: Sermos Successores Nros prædictos Gnosos Georgium & Constantiam Ozarowskie Conjuges, ab usu & pacifica possessione dictt Villarum Drugnia Podstoły, Wierzbie & Sculteti a in Villa Podstoły amoturos, neq: amovendi Cuipiam potestatem Daturos, Sed Salvum & Integrum Ius Advitalitiale ipsis Conservaturos, Quod & Sermi Succores Nri præstabunt. Raone cujus Advitalitatis Solitam proventuum Quartam ad Thesaurum Rnî quotannis inferre tenebuntur. Iuribus Nris Regalibus Reipcæ Ecclesiæq: S. Catholicæ Salvis manentibus. In Cujus rei fidem Præsens manu Nrâ Subscrās Sigillo Rnî communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die X^a Mensis Februarij Anno Dni MDCCXV. Rni vero Nri Anno XVIII.

Drugnia
Podstoły
Wierzbie

Augustus Rex

Consensus ad Cedendum de Villis Drugnia Podstoły & Wierzbie cum Sculteta in Podstoły Gnoso Carolo Lubieniecki in posse GG. Georgij & Constantiæ Ozarowskich

Andreas Franciscus Cichocki
Sacræ Rae Mttis Secretarius Affa

Actum in Castro Chencinensi Feria
tertiâ post Festum S. Valentini Presby-
teri et Martyris proxâ. Ao. D. 1715to.

Consensus introcontentus S. R. Maiestatis
circa Cessionem per M. Carolum Lubieniecki
Capitaneus S. R. Mttis in Personas MM. Ozarowskich Dapiferor. Dstus Cracow Coniugum
Bonorum introspecificator Drugnia Podstoly
Wierzbie et aliorum factam, ad Acta Castren-
sia Capitaneatus Chencinen.

Suscept
[illegible]

Consensus Cedendi de bonis
Drugnia Podstola Wierzbie
per Carolo Lubieniecki in Per-
sonas Imcia Ozarowskich
Drugnia datt bardzo [illegible] die
Mensis February Ao 1715to

No 36.

No 39.

Nro 79.

1

1715.

350